



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

37. An in aliquo casu facultas audiendi Missam in Oratorio privato transeat  
ad hæredes privilegiati? Et an quando filiæ matris habentis Indultum  
faciendi celebrare in Oatorio privato concedatur, ut ...
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

## Tractatus Secundus.

50

gratia sicut onerosa, & libera facultas in obligacione verterefur: tum quia, esto demus habentem priuilegium audiendi Missam tempore interdicti teneri illum audire; non ideo sequitur ad hoc idem teneri illum qui haber induitum Oratorij priuati: siquidem celebrare in Oratorio priuato est de odiolum, ac derogatoriis iuriis communis: in casu vero interdicti, si tollatur impedimentum, nulla petitur dispensatio in iure communi, ad hoc vt possit celebrare; siveque in his duobus casibus interuenient magna disparitas: ideoque non est eodem modo philosophandum de vtrisque, cum a diuersis non fiat illatio. Itaque ex his apparet utramque sententiam esse probabilem, & negatiuam talem esse etiam aduersari fatentur, vt Cenedus, Pater Bardi, & alii.

4. Dico igitur in casu nostro priuilegium non teneri audire Missam. Ratio est, quia dicere Missam in priuatis dominibus, & Oratoriis approbatis, de se est odiolum, & non tam decens ad reverentiam debitam huic sacrificio, & praeferentes generales Canones Ecclesie, siveque nulla est obligatio extendi tali priuilegio ad satisfaciendum praecerto de audienda Missa, quia nimis irum hoc non est tantum momenti, quale esse potest, vt sacrificium in priuatis locis sine virginis causa non fiat: cum longe melius sit Missam non audire, etiam si dies festus sit, quamam eam celebrare in domo, maxime si crebro fiat, & sine rationabili causa, praeferim cum quis ob alias causas non adeo graves ab hoc praecerto deobligent. Quo in casu etiam cessante impedimento excusatut ab hoc praecerto ob reverentiam Sacramenti. Nec est eadem ratio in hoc casu, quae est in casu interdicti: nam in casu interdicti, sublatu impedimento nulli fit dispensatio in iure communione Missa dicitur, & celebratur, vt debet, & solet: at in hoc casu, sublatu impedimento, cum celebratur Missa, vt regulariter, & ordinariè celebratur, quia cum illud Axioma: *Nemo cogitur vti sua priuilegio*, quia hoc priuilegium non auctorat violentiam, nec vim remanendi domi, sed tantum ut possit vti suo priuilegio, quod est posse facere domi celebrare, ad quod non tenetur. Vide omnino Ledesma in *summa*, tom. 1. de *sacram. Eucar.* cap. 27. concl. 16, qui assertit nostram sententiam negatiuam esse probabilem. Et illam praeferre Doctores citatos tenet Homobonus in *respons. cas. conscient.* vol. 1. respons. 41.

### RESOL. XXXVII.

*An in aliquo casu facultas audiendi Missam in Oratorio priuato transeat ad haeres priuilegia?*  
At an, quando filia matris habentis Indultum faciendo celebrare in Oratorio priuato concedatur, ut etiam, absente matre, ea possit cum sua familia ibi audire Missam, si mater sit mortua non possit filia amplius dicto Indulto gaudere? Ex p. 9. tr. 1. Ref. 17.

§. 1. **A**ffirmatiuè nominatim contra me responder Pater Pellizarius in *man. Regul.* tom. 2. tr. 8. cap. 2. sect. 2. num. 153. ubi sic ait: Quæres quandiu dure concessio Oratorij priuati? Respondeo durare durante vita illius, cui facta est, adeoque eo mortuo finiri. Ita in terminis Diana part. 4. tract. 4. resol. 208. & probat, quia concessio ista est personalis: Priuilegium autem personale finitur morte personæ priuilegiatae, cap. *priuilegium de regul. iur. in. c. 1. vni. § ne autem. C. de caducis tollend. l. cum quis. §. 1. fin.* Verum si concessio fiat iis verbis, ac de ipsius Ordinarij licentia eius arbitrio duratura, quæ apponuntur in breui à nobis hic explicato mihi non placet hæc doctrina Diana: imo puto dictam concessionem durare usque dum legitimè reno-

cetur, vt pote pendentem ab arbitrio. Ordinarij locum durat usque dum reuocetur. Nec obstat, quod concessio ista est personalis, adeoque debet cessare per mortem eius, cui facta estnam quod dicunt Doctores priuilegium personale finiri morte priuilegiarij, bene limitatur à Castro Palao tr. 3. disp. 4. part. 1. §. 1. n. 4. ita in priuilegij concessione addantur verba, que perpetuatatem, ac transmissiōnem priuilegij ad posteros denotent; tunc enim priuilegium non debet reputari concessum soli priuilegiario, sed etiam aliis: Ut si dicatur concedo tibi in perpetuum hanc facultatem: tunc quippe priuilegium transit ad alios (v.g. ad familiam) alias particula, in perpetuum, est frustanea; quod in legibus, ac priuilegiis vitandum esse deciditur in cap. si *Papa. de privileg. in 6. & 1. 3. ff. de iure inv.* & quidem ita ut quælibet syllaba effectum aliquæ debeat fortiri. Quæ limitatio videtur procedere in casu nostro, itane quod concessio Oratorij sit ad arbitriū Ordinarij, quod potest durare post mortem illius, cui sit concessio, quæ durante durat concessio, ac proinde censor debet transmitti ad alios: quod si ea sit tibi tantum sub expresso nomine, vt constat ex verbis breuis, *Tibi quæ concessio sit alii (v.g. familia)* sub nomine implicito, ac virtuali alias verba illa breuis, *Ac de ipsius Ordinarij licentia eius arbitrio duratura, nihil operentur.* Ut proinde concessio Oratorij priuati dici possit priuilegium personale quidem transmissibile in alios, adeoque participare etiam de reali in quantum non finitur morte priuilegiarij. Puto autem ius talis concessiois ad Haeredes, sicut & alia quælibet iura testatoris. Hucusq; Pelliziat.

2. Sed hanc difficultatem communicauit cum principalioribus ministris huius Curiae, & aliis viris doctis, qui prorsus nostra sententia adhaeserunt; numquam enim Pontifex in concedendis talibus licencis habet intentionem, vt possint trasferre ad haeredes, cum mouatur ad illas coedendas intuitu persone, & meritorum Oratoris. Et quando hoc priuilegium Pontifices volunt ad haeredes transferre, hoc solet apertis verbis in Breibus explicare. Et ideo ad Clausulam adductam à Patre Pellizzio respōdeo illa verba, *Ac de ipsius Ordinarij licentia eius arbitrio duratura, intelligenda est durare vita ipsius Oratoris;* ac ideo ipso mortuo extincta remaneat facultas, & indultus. Vnde ex his non adhaereo resolutioni affirmatiuè alterius casus quem in eodem loco ponit Pater Pellizarius, nempe, quando filia matris habentis indultum faciendo celebrare in Oratorio priuato coedatur, ut etiam absente matre, ea possit cum sua familia ibi audire Missam; & quidem sub his verbis: *Tibi, ut quando dicta N. a domo predicta absit (in qua scilicet existit Oratorij matris concessio) durare absentia huiusmodi Missam in dicto Oratorio in tua, ac familia tua presentia celebrari facere liberè, & licite posse:* si mater iam sit mortua, puto quod amplius non potest filia dicto induito gaudere, & audire Missam in dicto Oratorio quod tamen Pellizarius concedit. Et ratio est, quia priuilegium concessum à Pontifice, fuit concessum persona Matris, licet ut eius filia possit eo vni, a domo ipsa matre absente: Ergo etiam ipsa mortua negoti profligat consequitam. Et quidem, cum hoc priuilegium celebrandi in priuatis Oratoriis sit contra ius communem strictè explicandum erit, vt testatur DD. quos citat, & sequitur Sanchez de matr. lib. 8. disput. 1. n. 3.

### RESOL. XXXVIII.

*An tēpore interdicti possit Missa celebrari in quoque Oratorio ab Episcopo approbat?* Ex p. 5. tr. 10. Ref. 60.

§. 1. **N**egatiuam sententiam docet Turrian. lib. 6. disp. 49. dub. 1. & diff. 7. n. 18. ubi sic ait: Concessio hæc fiat pro Ecclesiis etiam Hospitalium,